



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 146. Qui ait; vos dicitis quia ego sum. v. 70.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

Cruci affixum, & eadem mortuum, nosti te denique causa ad inferos
usq. penetrasse; post tot igitur labores; post tot ærumnas, & molestias, ne
nos perdas & abnicias. Recordare Iesu pie, quod simus causa tua via; nec nos perdas
ille diez quod ut non fiat, nunquam in iudicio hominem ullum opprimant,
ne forte contra me ad tuum supremum tribunal appelleat.

§. 145. Dixerunt ergo omnes ei: Tu ergo es filius Dei? v. 70.

Audientes principes, & totū concilium ipsum Iesum, loqui de virtute
& sessione sua à dextris Dei, facile advertunt, eum insinuare, quod ipse
sit filius Dei, quomodo enim à dextris Dei sedere præsumeret, nisi hono-
rabilior vel a quæ honoratus cum Deo; ut igitur speciem dent suis calum-
niis, quasi expressius dici poscunt, quod jam laris intellexerant opere peccato-
res, quo deciditis, quando vos passionibus vestris sine mortificationis re-
medio permittitis!

O letu, verè tu es filius Dei, hoc ego credo ut & credam, & in hac fide
mori desidero, ubi autem veneris à dextris patris in virtute Dei judi-
cate vivos & mortuos, memento mei, quia congregabuntur ante te om-
nes gentes, & illi ipsi, quæ nefariæ judicarunt, videam te tunc securi-
rus sedentem in maiestate magna, in aëris medio super vallem Iosaphat,
vbi ipsi montes contremiscent, & pavebunt, ut saccus cinericius intrepidus
perstare possit. Tunc, ô dulcis animarum Redemptor, furorem exue, aut
saltem minue, ut faciens, non in furore tuo, arguas me.

§. 146. Qui ait; vos dicitis quia ego sum. v. 70.

Quia vos Scribe & Pharisæi colligitis ex meis dictis, & factis, & af-
severatis dicendo: Tu ergo es filius Dei? negare & ego non possum, quia ego sum,
natura Dei filius! modesta, sed pulchra asleveratio; immo vox salutis, confes-
sio sancta.

Christe Deus meus & omnia, te hodie & semper agnosco filium Dei
unigenitum consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt visibili-
bia; invisibilia; & non aliud Deum præter te. Tu iudex totius mundi con-
stitutus, ac toti mundo imperans, fratribus, tuis ignosce; ignosce quæso-
hominibus; benigno eos oculo respice; eosque gloriae tuæ visione locu-
plantes redde; meque cum eis fac gaudere perpetim.

§. 147. At illi dixerunt; quid adhuc desideramus testimonium? v. 71.

Vides jam Christiane lector, animum eorum, qui antea adeo avide
quis;

Q,